

fatos predecessores nostros confirmata sunt; quocumque etiam in parochiis, & in decimis ab Episcopis vobis concessa sunt; & quicquid Otto Palatinus Comes, eiusdem loci fundator, consentiente nobili femina Petrisa Comitissa, & aliis quinque Comitibus; & quicquid Haziga cum filiis suis Ekkhardo, Bernhardo & Otone Comitibus, seu etiam illustri recordationis Comes Perichtoldus, Comes etiam Chunradus, & frater eius Otto, Bernhard, & Ekkenhadus, aliique fideles Christi pro suarum animarum salute Congregationi vestra de suo iure obtulisse noscuntur, per presentis scripti paginam vobis in perpetuum confirmamus. Christina, Oleum sacrum, consecrationis Altarium sive Basilicarum, ordinationes Monachorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a Dicoesano accipietis Episcopo, si sine pravitate exhibere voluerit; alioquin liceat vobis catholicum, quem malueritis, adire Antistitem, & ab eo consecrationum sacramenta suscipere, qui Apostolica Sedis fultus auctoritate, qua postulatur, indulgeat. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, vel de suo, vel de alieno, si oportuerit, collegio, secundum Dei timorem, & beati Benedicti regulam elegerint. Porro sepulchrum loci vestri omnino liberam esse sancimus, ut eorum, qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni, & extreme voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obstat. Sane Advocatum vobis secundum vestrum arbitrium, aliorumque religiosorum, & sani consilii virotum, quem potissimum elegeritis, concedimus, qui timoris amorisque Dei respectu vestrae voluntati benignè provideat; Ipse tamen si molestus vobis extiterit, nostra auctoritate liceat vobis alium idoneum constituisse. Porro nec ipsi, nec alii facultas sit, Advocatiam loci vestri sibi quasi hereditariam vendicare, vel vobis renitentibus possidere. Ad iudicium autem huius a Sede Apostolica perceptæ protectionis, bizantium aureum nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvatis. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatam Ecclesiam temerè perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum sustentatione & gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salvâ Apostolicæ Sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, si secundo tertiove commonita fuerit, & non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultionis subiaceat; Cunctis autem eidem Ecclesie sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic bonæ actionis fructum percipiant, & apud districtum Iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Data Viterbii per manum Roberti sanctæ Romanæ Ecclesie Presbyteri Cardinalis & Cancellarii

Sacri Ordines, aliasque huius generis sacra mysteria ab Episcopo recipienda.

Abbas per Monachos eligendus.

Sepulchrum in hac Ecclesia fore cuiquam liberam.

Advocatus quocumque per Monachos eligendus, sub conditione, quod huiusmodi munus non cedat in jus hereditarium.

Census annuus Sedi Apostolicæ vendendus.

Solæ conclusiones.

larii, II. Kalend. Maii, Indiæ. VIII. Incarnationis Dominicæ anno MCXLV. Pontificatus vero Domini Eugenii III. Papæ anno I.

V. Privilegium confirmationis bonorum omnium S. Veronensis Ecclesie.

Hujusmodi Episcopii Canonici bona pariter omnia confirmavit Leo IX. Gregorius VII. Clemens II. quorum Diplomata suis locis retulimus.

Eugenius Episcopus, Servus Servorum Dei, venerabili fratri Theobaldo Veronensi Episcopo, ejusque successoribus canonicè promevidis, in perpetuum.

PLÆ postulationis &c. Eapropter, venerabilis frater in Christo Theobaldo Episcopo, tuis justis postulationibus clementer annuimus, & B. Dei Genetricis semper Virginis Mariæ Veronensem Ecclesiam, cui Deo auctore præesse dignosceris, sub B. Petri & nostræ protectione suscipimus, & presentis scripti privilegio communimus; Statuentes, ut quascumque possessiones, quæcumque bona, quæ impræsentialiter justè & canonicè possides, aut in futurum rationabilibus modis, Deo proprio, poteris adipisci, firma tibi tuisque successoribus & illibata permaneant; In quibus. hęc propriis diximus exprimenda vocabulis: Monasterium sancti Zenonis, Monasterium sanctorum Firmi & Rustici, Monasterium S. Nazarii cum omnibus eorum pertinentiis, Ecclesiam ipsius Civitatis, arcem Malislinicum omni dominio & districtu & omnibus pertinentiis suis, plebem ejusdem arcis cum omnibus cappellis suis, jus nostrum in castro, quod dicitur Tutis, castrum Garde cum cunctis appendiciis suis, plebem ejusdem loci cum omnibus suis cappellis, plebem de Caprino cum suis cappellis & decimis, & plebem de Cifano cum cappellis & decimis, & plebem Gazizio cum cappellis & decimis, plebem de Teneri cum cappellis & decimis, plebem de Pavenguli cum cappellis & decimis & castello, Monasterium Vemagazano cum cappellis & decimis, plebem ejusdem loci cum decimis & cappellis suis, curtem de Lenzani cum castro & omnibus pertinentiis suis, Rivotellam cum cappellis & decimis, plebem Sini cum cappellis & decimis, Monasterium S. Vigili, plebem Puzolengi cum cappellis & decimis, plebem sancti Zenonis Zedeldisco cum Ecclesia S. Michaelis sita juxta Tartarum cum decimis, Ecclesiam sancti Nazarii cum decimis & curte, Ecclesiam sancti Ambrosii de Casali-alto cum pertinentiis suis, plebem de Valegio cum cappellis & decimis, Monasterium sanctæ Mariæ juxta mensam quantum ad jus spectat parochiale, plebem de Ponto cum cappellis & decimis & curte, plebem S. Andrea cum cappellis & decimis & curte, plebem de Pischeria cum cappellis & decimis & curte piscationibus & dimidio, plebem Cartholengi cum cappellis & decimis, plebem de Palazolo cum decimis, plebem Summe Campacæ cum cappellis & decimis, plebem de Gregia cum cappellis & decimis & curte, plebem de Vico Attici cum cappellis & decimis.

Ex Tabulario Ecclesie hujus editis Ughell. Ital. Sac. 2. 7.

Exordium, ut in ceteris Diplomatis Ecclesiam ipsam sub protectione Sedis Apost. recipit.

ejusque bona omnia contr. mans. annuul. la enumerat.

decimis, plebem de Trinenzolo cum cappellis & decimis, plebem de Bonessio cum cappellis & decimis, plebem de Castellari, plebem de Moratica cum cappellis & decimis, Ecclesiam sancti Petri in Monasterio cum decimis, plebem S. Prolocimi cum cappellis & decimis & curte usque ad veterem alveum Tartari, Ecclesiam Gratii cum decimis, Ecclesiam curtis Regiæ cum decimis & curte, Jus parochiale in plebe de Nogaria (sicut per concordiam inter te & Nonantulanum Abbatem in presentia nostra, factum determinante, statutum est, & de scripto nostro firmatum) cum decimis, quas canonicè possides in eadem villa de Nogaria, & in altera villa, quæ dicitur Aspum: Ecclesiam Casalavoni, Ecclesiam Salezole, Ecclesiam Ravannance cum decimis, Ecclesiam Vanferrarii cum decimis, Plebem Ceredi cum cappellis & decimis & familia, & quicquid aliud ibidem justè possides, plebem Leniacis cum cappellis & decimis & curte & cunctis pertinentiis suis, plebem Portærem cum cappellis & decimis & curte & cum pertinentiis suis, curtem Baasi cum cappellis & decimis; plebem S. Zenonis cum cappellis & decimis & curte, plebem Englarii cum cappella & decimis, & quicquid aliud ibidem justè possides, curtem Bonamigni cum Ecclesiis & decimis, Ecclesiam Lasse cum decimis, curtem Rupaclara cum plebe & cappellis decimis familiis ceterisque suis pertinentiis, plebem Cortilliani cum decimis, plebem Boboloni cum decimis & curte, plebem Tumbæ cum cappellis & decimis & curte ceterisque suis pertinentiis, villam Casanove cum omni districtu & castello veteri, plebem de Roncho cum cappellis & decimis, plebem Insulæ Porcharitiæ cum cappellis decimis & curte, plebem de Opedani cum cappellis & decimis, curtem Scardevaria cum Ecclesiis & decimis, plebem Geberti cum cappellis & decimis, plebem Azavenis cum cappellis & decimis, Ecclesias de Porcilli cum cappellis & decimis, plebem de Suardio cum cappellis & decimis, & quicquid ibidem justè possides, curtem Galderii cum Ecclesiis & decimis & familiis, & quicquid juris habet in Mooe quod vocatur Sarmatia, & in sylvis sitis juxta Montem fortem, & in Fusta lino cum cunctis pertinentiis eiusdem curtis, plebem Colonione cum cappellis & decimis & familiis & dimidia curte, plebem Illati cum cappellis & decimis & dimidia curte, curtem Calavenæ cum plebe & cappellis & decimis & familiis & suis pertinentiis, Monasterium S. Petri de Calavena, plebem de Mezano cum cappellis & decimis & castello & familiis, dimidiam curtem Lavanii cum Ecclesiis & decimis, curtem Montis aurei cum plebe & cappellis & decimis & omnibus suis pertinentiis, plebem de Cretiana cum cappellis & decimis & familiis, curtem Alzenagi, & dimidiam partem Azagi, plebem Albatiani cum decimis & cappellis in districto Curia, & familiis, plebem S. Floriani cum cappellis & decimis & familiis, plebem de Higratio cum cappellis & decimis & familiis & dimidia parte curtis, plebem S. Georgii cum cappellis & decimis & familiis & dimidia curte. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatam Ecclesiam temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliqui-

De decretum unum tantum ab omni molestia, vi &c.

Bull. Rom. Tom. II.

bus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salvâ in omnibus Apostolicæ Sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum, &c. EGO EUGENIUS Catholica Ecclesie Episcopus. Ego Theodewinus S. Rufinæ Episcopus. Ego G. Presb. Card. tit. S. Calixti. Ego Guido Presbyter Card. Tit. S. Chryzogoni. Ego Raynerius Presbyter Cardinalis Tit. S. Priscæ subscripsi. Ego Thomas Presb. Card. Tit. Vestinæ subsc. Ego Manfredus Presb. Cardinalis Tit. S. Sabinae subscripsi. Ego Gregorius Diaconus Card. SS. Sergii & Bacchi subsc. Ego Villanus Presb. Card. tit. S. Stephani in Cælio monte. Ego Otto Diac. Cardinalis S. Georgii ad Velum aureum. Ego Guido Diaconus Cardinalis SS. Cosmæ & Damiani. Ego Petrus Diac. Card. S. Mariæ in Porticu subsc. Ego Rodolphus Diac. Card. S. Lucie in Septa solis subsc. Ego Gregorius Diac. Card. S. Angeli subsc. Ego Jacintus Diac. Card. S. Mariæ in Cosmedin. Ego Bernardus Diac. Card. sanctæ Romanæ Ecclesie subsc. Ego Petrus Diac. Card. S. Mariæ in Via lata. Ego Cinthius Diac. Card. sanctæ Romanæ Ecclesie subsc. Datum Viterbii per manum Roberti S. R. E. Presb. Card. & Cancell. XVI. Kal. Jun. Indiæ. VIII. Incarnationis Dominicæ an. MCXLV. Pontif. vero D. Eugenii III. PP. anno I. (a)

(a) Non nam aut alteram dedisse Eugenius Epistolam ad vindicanda Veronensis Ecclesie jura, & quætem in ejusdem Ecclesie Capitulum indendam, ut videre est apud laudatum Ughellium. Nos unum hoc selegimus Diploma, quod naturæ Collectionis nostræ magis convenit. Ex eo patet, quantæ dignitatis hæc Ecclesia tunc temporis fuerit, & quam sedulo ejus bonorum integritati consuluerit Eugenius.

Eugenii PP. & S. R. Ecc. Card. subscriptiones.

Dat. die 7. Maii anno Domini 1145. Pontif. anno 1.



VI.

Samsonem Remensem Archiepiscopum... objugat quod Francorum Regem, contra jus Archiepiscopi Bituricensis, in Bituricensi Civitate coronare presumpserit ipsique propterea usum Pallii interdicit.

Ex Concil. Tom. XII. fol. 1015.

Eugenius Episcopus Servus Servorum Dei, Venerabili Fratri Samsoni Remensi Archiepiscopo salutem, & Apostolicam benedictionem.

Quae perpetuarie Sanctorum Bituricensis Ecclesiam & Archiepiscopum narrat; etiam cum contemporaneis Apostolicis.

Quantum Sancta Romana Ecclesia, nostrique Praedecessores felices recordationis, videlicet Innocentius, Coelestinus, & Lucius pro pace Bituricensis Ecclesiae, & venerabilis Fratris nostri Petri ejusdem Ecclesiae Archiepiscopi laboraverunt, universus fere mundus cognovit, & prudentiam tuam latere non debuit. Nunc autem cum per Dei gratiam, & eorum Praedecessorum nostrorum studium ad portum quietis venisset; tu qui eidem Fratri tuo congratulari debueras, versa vice in ipsius injuriam, & perturbationem usu temerario prorupisti, & carissimum Filium nostrum Ludovicum illustrem Francorum Regem coronare in Bituricensi Civitate contra appellationem ad Sedem Apostolicam presumpisti. Quod nec tu, nec aliquis Praedecessorum tuorum fecisse dignoscitur; Sed Bituricenses Archiepiscopi, Leodegarius videlicet, Vulgrinus, & Albericus bonae memoriae usque ad haec tempora quiete, & pacifice obtinuisse noscuntur. Nec profuit eidem Archiepiscopo illud ultimum miserorum refugium, Sedis Apostolicae videlicet appellatio, nec hoc etiam quod S. R. E. matrem suam, & nostram praesentiam devotione debita visitaverit, & eidem die nostro conspectui assistebat, immo ad majorem beati Petri, & nostrum contemptum Bituricensis Ecclesiam a divinis officiis interdictam, cum Gosseno Suffraganeensi Episcopo, & aliis Ecclesiae tuae Suffraganeis, Abbatibus quoque, & multis aliis tuae Provinciae ausu sacrilego invasisti, & divina ibidem officia celebrare, & oblationes asportare temere presumpisti. Statuto etiam appellationis termino, nec ipse venisti, nec sufficientes responsales, qui pro te responderent, ad nostram praesentiam destinasti. In quo quantum offenderis, quantumque matris tuae S. R. E. dignitati derogaveris, si sollicita consideratione pensasses nequaquam in tantam audaciam prorupisses. Quantum etiam a matre tua S. R. E. ampliorem consecutus es dignitatem, tanto majorem ei honorem, & reverentiam te decuit exhibere; nec hoc etiam reticendum duximus, quod idem Frater noster Petrus Archiepiscopus a Praedecessore nostro felices memoriae Papa Innocentio ad sacros ordines in Romana Ecclesia promotus est, & ab ipso ad Bituricensis regimen Ecclesiae destinatus. Unde scire te volumus, quia ipsius, & commisit tibi a Domino Ecclesiae injurias non alienas, sed propria, & tamquam nobis ipsis illatas deputamus. Quamvis itaque pro tanto excessu, & tam manifesto contemptu gravio-

in te, & complices tuos ex rigore justitiae possemus protulisse sententiam: ex mansuetudine tamen Sedis Apostolicae debitam sententiam duximus differendam. Verumtamen ne tantum excessum dissimulare, & quasi silentio praeterire videamus; communicato Fratrum nostrorum consilio usum pallii tibi interdiximus per Apostolica tibi scripta mandantes, atque praecipientes quatenus infra dies quadraginta postquam praesentia scripta susceperis, easdem oblationes, & praecipue eosdem cereos, quos in eadem Ecclesia recepisti, per adoneas, & honestas personas ad Ecclesiam Bituricensis, cum integritate remittas, & super ipsum Altare manifeste, sicut manifesta fuit injuria restitui facias, de tanto vero beati Petri, & nostro contemptu, cum complicitibus suis videlicet G. Suffraganeensi, & A. Atrebatensi, O. Balvacensi, T. Ambianensi S. Silvanectensi, S. Hortomensi, & G. Batalaunensi, Episcopis, Bartholomae Laudensi Theaurario, & Bossone Remensi, qui tibi in tanta praesumptione assisterunt, proximis beati Martini octavis responsurus, & satisfactorus Apostolice te conspectui repraesentans.

Eugenii PP. longanimitas.

Pallii usus Samsoni interdicitur.

Et dies dista.

Datum die 25. Martii Anno Domini 1146 Pontificatus anno XI.

Datum Lutrii Septimo Kalendas Aprilis (a).

VII.

Confirmatio, sive renovatio, & nova concessio Privilegiorum Monasterio S. Joannis Evangelistae Parmensis Diocesis Ordinis Casinen.

Eugenius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilecto filio Guidoni Abbati Monasterii S. Joannis, quod in Parmensi Urbe situm est, ejusque successoribus regulariter promovendis, in perpetuum.

Ex Archiepiscopi Monasterii hujus editis Margarinus Bullar. Casinen. Par. II. num. CLXIX.

Exordium.

Praedecessori Pontificum more Monasterium sub protectione Sedis Apostolicae recipiens.

(a) De epistola hujus auctoritate accipe quae referunt Sammarthani Gall. Christiano. edit. Parisiis 1720. Tom. II. col. 43. Eugenius Papa scripsit ad Samsonem Remorum Archiepiscopum, vehementer eum redarguens, quod ausus esset in Ecclesia Bituricensi Ludovicum Regem coronare, absente Petro, qui tunc erat Romae. Quapropter ei usque Provinciae Episcopis diem dicit, ad quem debeant sibi adesse haec de te responduri.

praeferunt Monasterium impresentiarum iuste & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus & illibata permaneat: In quibus haec propriis nominibus duximus exprimenda: In eodem Episcopatu Parmensi Ecclesiam S. Stephani, quae est in Burgo, Ecclesiam S. Michalis de Arcu, Ecclesiam S. Stephani de Torano, Ecclesiam S. Laurentii de Casella cum curte, Ecclesiam S. Jacobi de Casa Dei cum curte, Ecclesiam S. Savini cum curte, Ecclesiam S. Laurentii de Ramuscello, castrum Ramuscelli cum Ecclesia, castrum S. Vitalis cum Ecclesia & curte, Ecclesiam S. Joannis de Petriano, Ecclesiam S. Silvestri de Gambaleto, Ecclesiam de Gainaco, Ecclesiam S. Silvestri de Insula, Ecclesiam S. Salvatori de Sanguineo cum castro & curte, duas partes curtis Saccæ, & quod in Ecclesia ejusdem loci habetur, Ecclesiam Sanctae Justinae, Ecclesiam Sancti Prosperi & Sancti Anastasii, quae sunt in eadem civitate, Ecclesiam S. Jacobi, quae est in capite pontis, Ecclesiam S. Petri de Burgo S. Domini, Ecclesiam de Provinciano, Ecclesiam S. Matthaei de Callio, Ecclesiam S. Melani cum medietate Burgi, & quatuor domibus, Ecclesiam de Paterno cum castro & curte, Ecclesiam sancti Michaelis de Filino, & quicquid habetis in Ecclesia S. Georgii de Pratis, Ecclesiam S. Luciae de Covagnano: In Episcopatu vero Cremonesi Ecclesiam S. Iustini de Delmona cum omnibus pertinentiis suis: In Regiensi Episcopatu Ecclesiam S. Michaelis de Fossa: In Lunensi Episcopatu Ecclesiam S. Joannis, & Ecclesiam de Cavallana: In Episcopatu Pistoriensi Monasterium S. Bartholomaei cum Ecclesia S. Mariae, quae est extra portam, quae dicitur Lucensis, & Ecclesia S. Georgii ultra fluvium Simbrone, & Ecclesia S. Romani, & Ecclesia S. Benedicti de Massiano, cum curtibus & omnibus pertinentiis eorum, & Ecclesia de Capitana cum curtibus & pertinentiis suis, & Ecclesia S. Bartholomaei de Trivallo, cum curte & omnibus pertinentiis suis, & Ecclesia S. Domini de Smapolis cum curte & omnibus pertinentiis suis, Ecclesia S. Angeli in valle Nebula cum omnibus earum pertinentiis, & Ecclesia S. Martini de Madia: Decimas quoque Parmensium Episcoporum, Monasterio vestro concessas, vobis nihilominus confirmamus. De illis etiam decimis, quae vestri Monasterii juris sunt, ubicumque sunt, & quae noviter coluntur, & olim a sexaginta vel quinquaginta seu quadraginta annis, & infra, cultae non fuerint, nemo decimas de fructibus earum adversum vos petere audeat. Sanè de laboribus, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, seu de nutrimentis vestrorum animalium decimas exigi prohibemus. Quaecumque vero libera persona ad vos venire, & Religionis habitum suscipere voluerit, licentiam ei concedimus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut quicumque illic sepeliri decreverint, nisi forte excommunicati fuerint, eorum devotioni, & extreme voluntati nullus obstat. De Monachis Clericisque tuis, tibi licentiam, tuisque successoribus, & Prioribus Monasteriorum tuorum, damus super eos ad ordinandum, a quocumque Episcopo volueris, manus imponi; ita-

tamen, ut Catholicus sit. Omnibusque prohibemus ex Abbatem in ipso Monasterio eligere, extraneis Monasteriis, nisi communicato consilio, & assensu melioris & majoris partis fratrum Monasterii S. Joannis. Nullus etiam Episcopus, vel Plebanus in tuis Ecclesiis, ubicumque sint, audeat aliquem Clericum intrmittere vel extrahere, absque tua voluntate, & eorum Priorum, qui per diversa loca consistunt. Item nullus Episcopus audeat consecrare aliquam Ecclesiam, quae juris vestri Monasterii esse decernitur, sine licentia & invitatione Abbatum Monasterii S. Joannis, & Priorum, qui per diversa constituti fuerint. Universis autem interdiximus, ut vestris cappellis, ubicumque sint, officium interdicere nullatenus praesumant; & sepulturam eis, qui ibi sepeliri voluerint, non contradicant. Cunctis etiam Episcopis, subiectisque sibi personis, omni interdicimus honorem, & quaecumque bona vestri juris minere, ubicumque cognoscuntur esse. Et si quis ad hec nititur, & in hac pertinacia manere cognoscitur, licentiam ad Apostolicam Sedem tibi tuisque Prioribus appellandi fideliter damus. Decernimus ergo, ut nulli hominum, clericorum, sive laicorum, liceat idem Monasterium S. Joannis Parmensis, nec ullum Monasterium, quae sub eo consistunt, temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minere, vel temerariis fatigationibus vexare, vel fatigare: sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum sustentatione & gubernatione concessa sunt. usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire temptaverit, secundo tertiove communita, si non satisfacti-ne congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore ad Saeculae Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo exami-ne districtae ultionis subiacet: Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Iudicem premia aeternae pacis inveniant. Amen.

EGO EUGENIUS Catholicae Ecclesiae Episcopus.

Eugenii PP. & S. R. E. Cardd. sub. scriptio.

Ego Conradus Sabinensis Episcopus.

Ego Ubalduus Presb. Card. sanctorum Joannis & Pauli.

Ego Nicolaus Presb. Card. S. Cyriaci.

Ego Otto Diac. Card. sancti Georgii ad Velum aureum.

Ego Guido Diac. Card. Sanctorum Cosmae & Damiani.

Ego Jacintus Diac. Card. sanctae Mariae in Cosmedin.

Ego Jordanus sanctae Romanae Ecclesiae Diac. Cardinalis.

Datum Viterbii per manum Roberti sanctae Romanae Ecclesiae Presb. Card. & Cancell. II. Kalendas Novembris Indictione VIII. Incarnationis Dominicae anno MCXLV. Pontificatus vero Domini Eugenii III. Papae anno I.

Abbatem ex ipso Monasterio eligendum constituit. In Ecclesiis Monasterio pertinentibus Clericos sine Abbatis consensu intrmitteri, Ipsaque Ecclesias consecrari.

Vel ullo modo interdicere, prohibet.

Appellationem ad Sedem Apostolicam quibuscumque molestis evocavit.

Solite consuetudine.

Eugenii PP. & S. R. E. Cardd. sub. scriptio.

Dat. die 31. Octobr. anno Domini 1145. Pontificatus.

Decimas ab Episcopis Parmensibus concessas ratas habens.

Quae a sexaginta annis a Monachis solvuntur non sunt.

Ceterasque de eorum laboribus provenientes a quocumque exigi prohibet. Ad Monasterium confingentes recipiendi, Sepulturam petentibus concedendi, Ordinationes a quolibet Episcopo suscipiendi, praeter facultatem.